

inponitur transgressoribus. Can. *Consequens.* 2. Ibid. jubentur Clerici ab in honestis & turpibus lucis, ac ab omni negotiatione abstine sub pena suspensionis. Et Can. *Episcopus* 3. Ibid. dicitur: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus nequam sacerdotes curas assumat: si aliter, dejectur.* C. *finali De vit. & honest.* Cleric. I. 3. tit. 1. Honorus Papa mandat, quatenus, si Clerici negotiatoris tertio motu a negotiationibus non resipuerint, sed praetermis Divini Officiorum negotioribus institerint, amittant privilegium Clericalis. Et c. *Secundum 6. Ne Clerici, vel Monachi* I. 3. tit. 5. Alex. III. dicit: *Secundum instituta Predecessorum nostrorum, sub intermissione anathematis prohibemus, ne Monachi, vel Clerici causa lucri negotiantur & ne Monachi a Clerici, vel Laici suo nomine firmas (Villar conductas) habeant, neque Laici Ecclesias ad firmam habent.* Clementina I. *De vit. & honest.* Cleric. I. 3. tit. 1. Clemens V. in Concilio Viennensi mandat Episcopis, *Ut adversus Clericos, negotioribus, vel commerciis secularibus, vel officiis non convenientibus Clericis proposito publice insistentes, vel arma portantes, sic Canonica servare studente instituta, quod illi ab excessibus compescatur hujusmodi, & ipsi de damnablem circu huc negligenterisque reprehendi.* Neque dicas, hec Jura esse antiquata, & amplius non obligare, etenim ea confirmat & innovat. Concil. Trid. sess. 22. c. 1. *De Ref. his verbis: Statuit Synodus, ut que alias a summis Ponitibus & a sacris Concilii de Clericorum vita & honestate... ne non de secularibus negotiis fugiendis, copiosi, salubriter sancta sunt, eadem in posterum isdem panis, vel majoribus arbitrio Ordinarii impoundari obseruantur.*

Ex his habes, non solum negotiations proprie dictas esse clericis prohibitas, sed generatio quascumque curas secularis, que, ut interpretantur Canonista, & iunxit Juribus citi directe & principaliter turpis lucri cupiditate assumuntur, ut officia secularia & artes mechanicae, que questus gratia exercentur. Probabiliter etiam nobis videtur cum Sylvio & aliis contra Perfectorem Tourneli & aliis, non solum Clericos in sacris Ordinibus constitutos, sed etiam Beneficiarios simplices, aut simpliciter tonsuratos Clericalem habitum deferentes, his legibus adstringi, qui Jura indistincte & generaliter loquuntur de Clerici, in Clericali utique statu viventibus, quales sunt prefata. Adeo, quod eadem rationes militent pro ipisis, ac pro aliis, ut mōre patet.

Rationes itaque hujusmodi prohibitionum sunt 1. Quia Clerici non solum debent abstinere ab his, que secundum se sunt mala, sed etiam ab his, que habent speciem malitiae; quod in negotiatione contingit, tum propriè hoc quod est ordinata ad lucrum terrenum, cuius Clerici debent esse contemptores: tum etiam propter frequentia negotiorum vita. 2. Quia negotiatio nimis implicat animum secularibus curis, & per consequens a spiritualibus retrahit. Unde Apost. 2. ad Timoth. 2. *Nemo militans Deo implicit se negotiis secularibus.*

Sed pater, utrum ista leges graviter obligent? R. Verisimiliter obligare secundum se sub mortali. Quia obligant sub gravi pena depositionis, aut excommunicationis.

DISSESSATIO IV.

DE MUTUO ET USURA.

Div. Thom. Quest. 78.

ARTICULUS I.

Quid sit Mutuum?

Mutuum, sic dictum quasi *Ex meo tuum*, dupliciter accipi potest, vel pro re ipsa mutuata, ut dum dicimus dari mutuum, accipi mutuum; vel pro ipsa mutatione. Et de mutuo sub hac ultima acceptatione queritur, quid sit? Pro quo dico: Mutuum definitur *Contractus onerosus, quo quis rem suam sic alteri tradit, ut statim fiat accipientis, cum obligatione reddendi postea rem eandem, non numero, sed specie & bonitate.* Colligitur ex §. 1. Instr. *Quibus modis* I. 3. tit. 15. & ex I. 2. ff. *De rebus creditis.* Explicatur.

Dicitur *Contractus*, & est genus: additur *onerosa*, ut distinguatur a contractibus omnino gratuitis, ut est donatio; quia & in mutuatore est obligatio non repedita mutuum nisi iusta certum tempus, & in mutuatorio obli-

gatio reddendi rem aliam equivalentem. Cetera sunt in eo gratuita. Dicitur: *Quo quis rem suam alteri tradit.* Secundum Jura laudata materia mutui sunt res, que dantur ad numerum, pondus, aut mensuram, ut viuum, oleum, frumentum, pecunia, &c. Quia, cum debent reddi ejusdem specie & bonitatis, id bene servari non possit nisi ad numerum, pondus, aut mensuram darentur & redderentur. Dicuntur in Jure *Res fungibles*; quia propter similitudinem, quam habent in eadem specie & equalitate in numero, pondere, vel mensura, potest una in commutationibus, aut solutionibus alterius vice fungi: & secundum hoc libra auri, vel argenti potest in rigore Juri esse materia mutui. Imo quidam disputant, nū equi, boves, oves, & similia non possunt subjici mutuo. Alii negant, quia haec non consistunt in numero, pondere, & mensura, siue facient aliquem contractum innominatum, puta, do, ut des. Alii affirmant, quia haec possunt dari ad pondus, aut numerum, atque in tali contractu re-

perit substantia mutui: etenim, inquit, si possint dari unum ovum mutuo, quidam una ovis; sed videtur questione de nomine, & ideo ut ab his tricis abstineremus, possum in Conclus. *Rem simplicitatem.*

Ceterum in praxi materia mutui est regulariter res aliqua ipso usu principaliter, & quidem unico, consumptibilis, sive physice, sive moraliter, ut sunt vinum, panis, pecunia; usus enim vini principaliter est potari, & dum potatur, consumitur physice; similiter panis, dum manducatur: usus principali pecunia est distrihi in commutationibus, & dum distributur consumitur moraliter; perit enim distractum, non secundum, ac si consumeretur: & sub hac tantum ratione considerat mutuum S. Th. in tota hac quest. Et hic vestes, libri, vasa, instrumenta artis, equi & similia, que unico acto non consumuntur, mutuari non solent, sed commodari, aut locari. (Q. 78. art. 1. ad 6.) Observa tam, etiam res, quas diximus ipso suo usu principali consumi, posse etiam commodari, aut locari quoad secundarium aliquem usum, ut pecunia ad ostentationem, aut ad ponendum loco pignoris.

Dicitur: *T. sed;* quia contractus mutui traditione rei perficitur, non nudis verbis, aut solo consensu, sicut venditio, & emptio; ut diximus de Contractibus in genere. Dicitur: *ut statim fiat accipientis;* quia per mutuum rō proprietas, & dominium transfertur in mutuariatum; ita enim a me tibi datur, inquit Jura cit. ut ex meo fiat tuum; & per hoc distinguuntur mutuum a commodato, locato, deposito, pignore, & hypotheci, in quibus non transferunt dominium: & ideo statim, ac res est mutuaria, totum ejus commodum, aut incommodum, melioratio, aut deterioratio, periculum, & intentus pertinent ad mutuariatum. Dicitur: *cum obligatione reddendi;* aliquo foret donatio. Additur *postea*, hoc est intra certum tempus, alioquin mutuum foret inutilis, & nugatorum: nemo enim petit rem mutuā, nisi quia non habet modū qualē, quae vices mutuare fungi possit. Non potest ergo regulariter mutuans repetere mutuum ante præstabilitum tempus; aut si non sit præstabilitum, ante completem usum, seu finem, ad quem mutuarius petet mutuum; idque arbitrio judicis, aut viri prudentis determinandum, intento fine, & aliis circumstantiis. Potest tamē ipse mutuarius, quando sensu reddit, redde, quia in ejus favorem terminus non reddendi citius presiguntur.

Dicitur: *rem eandem, non numero;* quod sic debet intelligi, ut equidem non sit obligatio reddendi rem numero eandem, cum transferatur dominium, & usus, ad quem communiter datur, sit ejus consumptio: possit tamē eadem numero reddi. Dicitur: *eandem specie;* quia, si esset alterius speciei, ut vinum pro oleo, pecunia pro frumento, foret permutatio, aut venditio. Debet autem intelligi de specie eadem sive physice, sive moraliter. Etenim si res mutuata sit alia a pecunia debet reddi species eadem physice, ut vinum pro vino, frumentum pro frumento: at, si res mutuata sit pecunia, non est necesse, ut redatur species eadem physice, ut aurum pro auro, argenteum pro argento; sed sufficit, quod redatur species eadem moraliter, id est, idem valor. Ratio disparitatis est; quod in rebus mutuatis, aliis a pecunia, attendatur eorum bonitas intrinseca, & corpus, non valor extrinsecus: non enim peto frumentum mutuū propter ejus pretium, sed propter ejus corpus, & substantiam: at in pecunis mutuatis contra non attenditur regulariter bonitas intrinseca, seu corpus pecunia, sed ejus valor extrinsecus; non enim peto mille libellis mutuū, quia est arum, aut argenteum, sed quia tanti valent; & iste valor moraliter loquendo est intrinsecus, & essentialis pecunia, ut pecunia est, hoc est, ut est mensura rerum: unde, cum reddatur pecunia ejusdem valoris, sive sint aurea, sive argentea, redditus species eadem moraliter. Dicitur tandem: *eandem bonitatem;* quia aliquo non foret equalitas, ut si vim tenues pro generoso, novum pro veteri reddas: tantum ergo debet reddi, quantum fuit acceptum, nec plus, nec minus: & per hanc particulam maxime discernitur, quando mutuum est usurarium; si enim mutuarius plus exigat vi mutui, quam dederit, usurarius est; si mutuarius minus reddit, injustus est.

Sed difficultas est, qualiter sit reddendum mutuum, quando pecuniarum, seu aliarum rerum mutuatarum valor extrinsecus crevit, aut decrevit? R. ex principio positis. In rebus mutuatis aliis a pecunia, attenta præcisè natura contractus mutui, & si non interveniat alia conventione, debet reddi eadem quantitas, seu mensura, que fuit mutuata, sive creverit, sive decreverit earum pretium; seu valor extrinsecus: v. gr. acceperisti mutuo absque termino solutionis præfixo 4. modios frumenti, quemlibet valentem 20. libellis; teneris reddere 4. modios, nec plus, nec minus, quamvis tunc, sūm reddis, quilibet valeat plus, vel minus 20. libellis. In pecunia vero mutuatis, attenta si militer præcisè natura mutui, & secluso quovis alio pacto, non debet reddi eadem quæcavitas materialis, seu idem numerus denariorum mutuatarum, sed idem valor, qui acceptus est: v. gr. acceperisti mutuo absque termino solutionis præfixo 10. aureos quemlibet valentem 20. libellis, omnes simil 200. libellis; si, dum reddis, quilibet aureus valeat 25. libellis, non teneris reddere 10. aureos; si valeat tantum 18. libellis, teneris reddere plures quam 10. uno verbo, teneris reddere 200. libellas, sive creverit, sive decreverit valor aureorum. Ratio petitur ex dictis: quia in rebus mutuatis, aliis a pecunia, attenduntur corpus, seu bonitas intrinseca, & naturalis; in pecunia vero attenditur valor extrinsecus: & ideo ut in illis debet reddi tantum in bonitate naturali, in iis tamudem in valore extrinsecus. Est communis sententia, sicut & praxis. *Neque peccat saltē contrā justitiam mutuatorum, si ex industria non repeat mutuum, nisi tunc cum videat v. gr. frumentum plures valent, aut pecuniam minoris, paratus tamen recipere, si anteā reddit mutuarius; qui etiam sine iniustitia potest reddit frumentum, cum minoris vallet, aut pecuniam, quando plures valent; quia uterque utitur jure suo, atque natura contractus mutui: quod si mutuorū minus aliquis sensi recipia, sibi imputet quod non repetierit antea; similiter mutuarius, si plus aliquo sensu reddat, sibi imputet quod non reddiderit etiū.* Ita Soto, Navarr. Tolet. Layman, & alii Dixerunt: *Attentione mutui, & secluso alio pacto;* Utrum vero, & quomodo possit licet alii iniuste pati? Non nihil difficultatis, & obscuritatis continet. Id puto habendum præ oculis, quod dicit Auctor Opus. 73. de usuris inter operatione D. Thomaz: In his mutui, & usura casibus intencionem accusare, & excusare, ubi adest intentio lucrandi usuram esse; si abest, usura non esse: item aliud esse dampnum vitare, aliud lucrum intendere. His prænotatis, sie explicamus:

Circa pecunias mutuatas i. Qui mutuat pecunias v. gr. 10. aureos valentes 200. libellis, determinato tempore reddendis, potest pacisci de presenti valore; hoc est de 200. libellis reddendis, etiam si seiat aureorum valorem fore imminutum tempore redditionis præfixo; tum qui haber jus ad presentem valorem sua pecunia, idque potest de illo pacisci; tum quia nullum inde obtinet lucrum, sed videtur damnum, quod non est illicitum. Ita Pontas verbo Præst. cas. 4. ex Auctore opus. 73. cit. apud S. Th. 2. Non potest pacisci de 10. aureis in specie reddendis, si sciat eorum valorem auctum iri tempore solutionis; quia si intendetur lucrum ex mutuo; nisi forte ratione damni emergentis, puta, quia eo servaturus erat usque ad tempus certi incrementi. Item, si ipsius interesset rehabere easdem species, posset pacisci pro rata interesse, non tamen obligare mutuatarum ad reddendum tot, & easdem species, quot accepit, si augmentum superpetet interesse; si si æquale dubium, àn valor aureorum sit augendus, vel minuendus tempore fixo redditionis; potest pacisci de iisdem in specie reddendis; quia tunc æqualiter exponitur periculi damni, & lucri, & par est utriusque mutuariis, & mutuatorum condicio.

Circa res mutuatas alias, a pecunia: i. Qui mutuat res alias a pecunia, tempore redditionis præfixo, v. gr. 4. modios frumenti; si dubius sit, an modius frumenti plures, vel minoris valebit tempore statuto redditionis, potest pacisci de reddendis tot modiis, quot mutavit: Pater ex dictis.

2. Si certò, aut probabiliter sciat, pretium frumenti immutatum iri tempore fixo redditionis, potest pacisci de presenti prelio, consequenter de reddenda majori quantitate ad æqualitatem prelio presentis; v. gr. mutasti mensa Majo modium frumenti, valente 20. libellis, reddendum mense Octobri, quo verisimilius minoris valebit, potest pacisci de 20. libellis, seu de quantitate frumenti reddenda, quæ valeat 20. libellis; ita ut, si mense Octobri modius valeat tantum 10. libellis, duo modii sint tibi reddendi: idque probabilis verum est, etiam si tuum frumentum non fuisses servaturus usque ad mensum Octobrem. Ita Pontas verbo usure cas. 17. post Cabassutum, & alios. Ratio est; quia, ut jam dicitur est, habes jus ad præsens pretium tui frumenti, & sicut illo pretio potes vendere, etiam secundum illud potes mutuare. Neque refert, quod dixerimus in hujusmodi mutuis non spectari pretium, sed bonitatē tantum naturalem; id enim verum est attenta præcisè ratione mutui, & secluso quo-

ARTICULUS II.
Quid, & quotuplex sit Usura.

vis pacto alio. At id non impedit, quin mutuatur, si velit, possit etiam attendere ad pretium rei suæ, sicut attenditur in omnibus aliis contractibus, maximè si aliis quidam contractus quasi venditio, aut permutatione interveniat, ut hic intervenit; quando enim dico: Do tibi modum frumenti pretii auctoris, ut reddas mihi duo modios frumenti diminutio, perinde est, inquit Layman, ac si duo cadi vienit veteri permutterent cum tribus cadi vini novi.

3. Si mutuator certò, aut probabilitate noverit, frumentum pluri valitatum statuto tempore redditionis, quām valēat tempore traditionis, non potest obligare mutuatorum ad reddendam eamdem quantitatem, seu mensuram frumenti, sed eam tantum, quād adequabit pretium, quo valebat frumentum tempore mutui. Unde, si mutuasti mense Octobri modum frumenti valentem, 20. libellis, non potest absquā usura obligare mutuatorum, ut tibi reddas modum integrum mense Maio, quo verisimilius est pluri valitatum; nisi forte ratione damni emergentis, puta, si aliquo servas-tes tuum frumentum usque ad mensem Maium; aut si, quia mutuasti eum, cogaris alio tibi necessarium carius emere. Ita Sylvius hic art. 2. & post ipsum Pontas loc. cit. Ratio est: quia hoc est mutuare secundum valorem futurum rei, quod non potest mutuari, ed quod non habeat ius in valorem futurum nondum existente, sicut habet in presentem. 2. Quia sic intendit lucrum ex mutuo, quod est usurarium. Neque iterum obstat, quod diximus in hujusmodi mutuis, attendi dumtaxat corpus & bonitatem naturalem rei, non valorem extrinsecum; id enim verum est, ut etiam observavi, de mutuo præcisè secundum se, sim illa obligatione reddendi ad certum terminum & cum auctario; ita ut ex parte mutuatoris non sit intentio lucri, & liberum sit mutuatorio reddere motuum, quando voluerit. Hinc esse veram usura notionem, constat ex Scriptura Levit. 25. Ezech. 18. & SS. P. Ambros. in Levit. cit. Tertull. I. 4. contra Marcion. Aug. in Ps. 36. Basil. in Ps. 14. S. Th. hic, & ex Jure causa 14. q. 5. apud quos omnes usura exprimitur, vel per incrementum sortis, vel per premium manus eo, quod datum est, vel per excessum supra sortem mutuantur. Male ergo quidam usurarum Patroni definire usuran: *Lucrum ex mutuo pauperibus dato*; non enim ad solos patpares restringunt usuram Scriptura, Patres, & Jura. Ceterum, quovis nomine appelles id, quod definitivum, esse illicitum tam erga divites, quam erga pauperes, articulo seq. demonstrabimus.

Explicitur definitio communis. Dicitur 1. *Lucrum*, hoc est aliquid pretio estimabile ultra sortem, ut si muraveris 100. & recipias 105. Dico: pretio estimabile, sive sit pecunia, sive quidquid aliud, quod pecunia estimari potest, ut sunt munera, onera, & signanter civilis obligatio, etiam ad aliquid, quod non est pretio estimabile, est enim ipsa pretio estimabilis. Unde, si mutuando obliges mutuatorum ad tibi conferendum Beneficiū, aut Ordines, eris simoniacus ratione collationis Beneficiū, aut Ordinum, & usurarius ratione obligations, quam imponis mutuatorio. Hac particula fuisse explicabitur infra.

2. Aliud Privilegium concessum est utique Jure locis & personis favorabilibus, quales sunt Ecclesie, Xenodochia, Civitates, Pupilli, & similes; scilicet ut, si eorum administrator, aut curator eorum nomine recipiat mutuo pecunias, incumbat fonsoratu ordo probandi eas fuisse expensas in locis, vel persone favorabilis utilitatem. Autem: *Hoc jus porrectum C. de Sacrosanctis Ecclesi. & Causa 10. q. 2.*

3. Item Jure civili cautum est, ut, cum quis spe mutui obtinendi anticipato dedit proprie confessionis chygraphum, poset intra biennium opponere exceptionem non numerante pecunie; qua exceptione possit fonsoratu incumbens probandi pecuniam fuisse numerata, aut aliam rem fuisse traditam. Si autem elapsi biennii mutuatorius exceptionem opponat, ipsius erit probare pecuniam non fuisse numerata. L. In contractibus C. de non numerata pecunia, & tote ferme titulo: Item Inst. de litiis obligat. Simili exceptio concedatur, sed intra 30. dies tantum; creditoribus pro quoquaque debito, si opponant se sub spe recipiendi, chygraphum confessionis anticipato dedisse L. In contractibus cit. §. Super ceteris.

DE CONTRACTIBUS.

tendam averiarum ut mihi debitum ex iustitia vi mutui, & quod mutuatorius mihi solvat, non sponse, sed tamquam obligatus ex iustitia, sive obligationem deduxerim in pacatum, sive contendam inesse vi mutui, aut saltē aliquo alio modo coactus solvat, puta timore, vel pudore, ut explicabo infra. Ita communiter Theologi, & Juristi contrā paucos; & est aperte sententia D. Th. in tota hac questione, presertim dñm art. 1. definit usuram, *Pretium usi rei mutuatae*. Pretium enī rei accepta debetur ex iustitia; & ibidem reponit malitiam usuræ in hoc, quod mutuans vendat, quod non est; vendens autem intendit obligare ex iustitia ementem ad solutionem. Et art. 2. o. dicit non esse usuram, si mutuans accipiat aliquid, non quasi ex aliqua obligatione tacita, vel expressa, sed sicut gratuitum donum, quod repeatit ad 3. Quod vero potest opponi ex propositione damnata ab Innocente XI. solventus infra.

Petes, utrum esset usurarius, qui secundarii tantum, & minus principaliter intenderet lucrum, ut vi mutui sibi debitum ex iustitia? v. gr. mutus primarii, & principaliter, ut beneficia indigeni; inde tamē secundarii intendit lucrum tamquam tibi debitum. Quidam enim distinguunt inter primariam, & secundariam intentionem; illam volunt esse usurariam, non istam. Sed contraria, ad questionem R. affirmativa; quia, qui intendit sive primarii, sive secundarii objectum formale alicius peccati, illius reus est, ut si v. gr. furatur ad dandam eleemosynam, intendit primarij sublevamen egeni, secundarii tantum furtum, & tamē furti reus est. Sicut ergo, qui intendenter sive primarii, sive secundarii, in mutuo obsequium ex gratitudine, aut amicitia mutuatorii, non esset usurarius, quia non est ibi objectum formale usure; sic & contra qui intendit sive principaliter, sive minus principaliter lucrum tamquam ex iustitia debitum, est usurarius; quia voluntate fertur in objectum formale usure. Ita Sylvius post Soto, Petrum Navarr. Bannes, & alios.

Ceterum, dum dicimus require obligationem iustitiae, non intelligimus de vera iustitia obligatione; revera enim non ex vi mutui, neque ex iustitia pacti, si opperneretur, paritur obligatio vere iustitiae, & ideo mutuatorius non tenetur in conscientia solvere usuras; sed intelligimus de obligatione iustitiae, quantum est ex intentione, & voluntate mutuatoris, qui vel contendit inesse vi mutui, vel pacto initio tentat illum imponere mutuatorio; ex quo sequitur in ista quedam obligatio externa quasi civili, seu vinculum humanum promissionis, ac fidelitatis exterræ, cui viri honorati deesse non audent, ne vel male audiant, vel in posterum mutuum non obtineant, cum indigneantur.

Dico 2. Usura dividitur in realē, & mentale. Realis, quando lucrum deductus exterius in pactum sive explicitum, sive implicitum. Explicitum, ut si mutuans dicat: mutuo tibi 100. eo pacto ut infra sex menses reddas 105. Implicitum, quando signo, nūti, modo loquendo idem significat, quod pacto expresso; ut si dicat: lubenter quidem tibi mutuo; sed scis quid moris est, & quid alii faciunt. Vel, habens familiam alerandam, spero fore, ut pecunia non revertatur vacua. Vel, mutuo tibi, quia novi te gratum; & generosum, aliquo non mutuarem; aut quid simile; & huc dicatur palliata quadam pactum; prima aperta. Est & alia aperta, alia palliata ratione contractū: aperta est, quae fit in mutuo formalī, & expresso; palliata, quae fit in aliquo alio contractū, qui sit tamē mutuum virtuale, & equivalent, & ideo titulus, & nomine talis contractū quasi pallio occultatur usura, unde dicatur palliata.

Usura mentalis hic non accipitur pro mera voluntate exercendi usuras ibi sistendo, sicut voluntas occidenti hominem ibi sistendo absque executione dicit homicidium mentale. Sed dicitur usura mentalis, quando mutuans non deducit lucrum in pactum exterius, sive explicitum, sive implicitum; intendit tamē illud tamquam sibi debitum vi mutui; & ut tale illud exigit, aut accipit: unde non dicitur mentalis, quasi tota perficiatur in mente, sed quia nullum importat pactum exterius præter ipsum mutuum, realis autem importat saltē implicitum. Hinc miror, Ethicam amoris tanto apparatu contendere ad usuram non requiri pactum: id enim omnes admittunt, nam sive vi solus mutui, sive vi alterius pacti adiecti, contendas tibi deberi lucrum ex mutuo, perinde est ad iustitiam usura, qua consistit in eo, quod accipiat lucrum ex mutuo, ut debitum vi mutui. Sed, si sit pactum, dicetur usura realis; si desit, dicetur usura mentalis; & hoc ipsum agnoscit iste Auctor cap. 23. præced. Utrum autem & quando usura mentalis obligeret ad restitutionem, dicimus infra.

Alia est divisio usuræ apud Jurisconsultos, scilicet in lucratoriam, compensatoriam, & punitoriam: Lucratoria

est, qua percipitur lucrum ex mutuo, de quo hic agimus. Compensatoria, qua exigunt lucratorum pro compensando damno mutantis. Punitoria, qua exigunt lucratorum in peccatum negligientia mutantari in solvendo. Item alia est Usura sortis, qua datur lucrum pro pecunia mutuata; alia Usura usura, qua propter usuram non solutam datur lucrum, quando istud lucrum refunditur in primum capitale, & parit etiam suum lucrum, seu, ut loquuntur, interesse.

ARTICULUS III.

An, & quo Jure Usura sit prohibita.

Dico 1. Usura est prohibita. Conclusio videtur de fide decisio in Concilio Vien. his verbis: *Si quis in illum errorem incidit, ut pertinaciter affirmare præsumat exercere usuras non esse peccatum, decernimus, eum velut hereticum punientem*. Referunt Clement. unicus. De usuris §. ult. Est contra Judæos, Grecos schismatics, Calvinum, & Molinum; qui duo ultimi fatentur exigere usuram a pauperibus esse illicitum; exigere vero moderatam a divitibus esse licitum.

Dico 2. Usura est prohibita Jure divino, positivo, canonico, & naturali. Prob. 1. Pars ex veteri Testamento, Ps. 14: *qui fecerit usuras non esse peccatum, decernimus, eum velut hereticum punientem*. Referunt Clement. unicus. De usuris §. ult. Est contra Judæos, Grecos schismatics, Calvinum, & Molinum; qui duo ultimi fatentur exigere usuram a pauperibus esse illicitum; exigere vero moderatam a divitibus esse licitum.

Quantum ad novum Testamentum non est locus expressus, nisi Luc. 6. *Date mutuum, nihil inde sperantes*. His autem textus varijs patitur sensus. Primus est: *Date mutuum, nihil inde, neque etiam sortem, sperantes*. Et quavis sic non sit mutuum, sed donatio, catenus tamē dicuntur mutuum, quod honoriores indigentes ex verecundia petant eleemosynam sub nomine mutui. Secundus sensus est: *Nihil inde sperantes*; id est, spem ipsam recuperantur, sorte quasi abscientes, si forte mutuatori praे inopia reddere nequeant. Tertius: *Nihil inde sperantes*: hoc est, quamvis prævideatis, mutuatoris fore ingratis, nec sit spes ab illis obtinendi per beneficium in necessitate; & hic sensus satis congruit scripsi textus. Premeratur enim Christus: *Eisi mutuum dederitis his, a quibus speratis recipere, quod gratia est vobis: nam & peccatores peccatoribus fanerantur, ut recipiant aequalia*: Bene sequitur: vos ergo, quos vole esse perfectos, date mutuum, eti non sperate aquale ab his, quibus mutuatis. Hoc triplici sensu intellectus textus laudatus est dumtaxat consilium, nisi in extrema, aut gravi necessitate. Alter iterum sensus, & is etiam legitimus, (nihil enim impedit, quin unus, & idem Scripture textus habeat plures sensus litterales) est his: *Date mutuum, nihil inde sperantes luci, tamquam debiti*. Et secundum hunc sensum prima verba textis: *Date mutuum* important consilium: *Nihil inde sperantes*, important præceptum. Et iste sensus eo magis debet probari, quod justitia illum laudata Christi verba intellexerint summi Pontifices, & SS. Patres, Urbanus III. Can. Consultus 1. De usuris libr. 5. t. 19. & Leo X in Concil. Lateran. Ambros. I. in Tob. c. 18. Tertull. Basil. & alii.

Prob. 2. Pars ex decreto caus. 4. q. 3. & 4. Ex decreta lib. De usuris. Ex 6. decretal. & ex Clement. De usuris, quorum omnium textus recensere longius foret.

Prob. 3. Pars contra Abulensem, & quodam Jurisconsulto; qui ut refert Soto, quamvis admittant usuras esse prohibitas Jure positivo, negant tamē esse prohibitas Jure naturali. (Q. 78. a. 1. o.) Est contra Jure naturae, & specialiter contra Justitiam bis vendere idem, vel vendere, quod non est; aut quod non est suum; atque alterutrum facit usurarius: ergo. Prob. minor: vel accipit lucrum usurarii pro ipsa re mutuata, v. gr. pro pecunia; & tunc vendit idem bis; sed accipit duplex pro eadem re; nempe summam aequalem restitutam, & auctarium. Vel accipit lucrum pro usu rei mutuata, & tunc vendit; quod non est, quia, si agatur de rebus ipso suo usi consumptibilibus, ut pecunia, vinum, tritium, & similia, in quibus communiter fit mutuum, usus absolutus, & independens; qualis conceditur in mutuo, quamvis physice distinguatur a re mutuata; (aliud est enim vinum, physicè loquendo, aliud bibere vinum) attamen moraliter, & in ordine ad commutations non distinguuntur, hoc est, non estimatur, nec compensatur seorsim a re ipsa, quia est ipsa rei consumptio: unde, sicut planè ridiculus, & injustus foret mercator, qui, postquam vendit vinum justo pretio, vellet iterum seorsim vini usum

vendere, quia, cum usus vini sit ipsa vini consumptio, nullus est in ordine ad commutations seorsim & substantia vini; ita in nostro casu. Et hic sicut ratio D. Thom. quia procedit de usura, prout solet exerceri in mutuo rerum usu consumptibilium. At jam sive res mutuata sit usu consumptibilis, sive non, usurarii accipiens lucrum pro usu rei vendit, quod non est sum; quia vendit usum rei, que non est sua, utpote ejus plenom, ac absolutum dominium tam utile, quam directum transitum per mutuum in mutuarium; non secus ac si illi eam justo pretio vendidisset; quod patet 1. quia rei mutuata subit periculum mutuarii, non mutuarii. 2. Quia mutuator statim ac rei mutuavit, non potest eandem repetere. 3. Quia mutuatorius potest de ea ad quemlibet usum disponere, etiam destruendo. 4. Tandem, quia, si non transferret dominium, jam non esset mutuum, sed vel commodatum, aut locatum; ergo. Non potest itaque hic opponi, quod diximus alibi, usum revocabilem & dependentem distinguiri a dominio; quia talis usus non conceditur in mutuo, nec si concederetur, faveret usurarii, ut ibidem ostendimus.

Confirmatur. (*Ib. ad 2.*) Usura tollit aequalitatem justitiae: ergo est inusta. Prob. ant. Aequalitas justitiae est, dum mutuans recipit tantum quantum dedit, nec plus nec minus; atque recipiendo usuram, recipit plusquam dedit; Dedit, puta, 100. & recipit 120. ergo.

At respondent usurarum Patroni, lucrum accipi in mutuo non pro re mutuata, aut ejus usu, sed vel pro ipsa actione mutuandi & labore, qui in ea reperitur, vel pro absentia pecunie mutuata, vel pro obligatione non repetendi eam intrâ certum tempus, vel pro affectu benevolentie mutuanti & gratia, quam facit mutuator, vel pro utilitate, quam ex percipit ex mutuo: ergo. Sed contra: Hoc ipso quo constat, nihil posse accipi ultra sortem pro re mutuata & ejus usu, constat pariter nihil posse accipi pro iis, quae sunt sic intrinseca & essentialia rei ut mutuata, seu, ut communiter dicitur, ipsi mutuo, ut non sint seorsim ab ipsa pretio estimabili; atque alioquin esset accipere pro ipsa re mutuata, seu pro ipso mutuo: sicut, quia nihil potest accipi ultra justum pretium pro re vendita, sic nec pro iis, que sunt sic intrinseca venditioni, ut non sint seorsim ab ipsa pretio estimabili; atque actio mutuandi, & labor in ea ordinarius, absentia pecunie mutuata, ut possent multis genibus dare mutuum, ipsi autem non necesse haberent ab illo petere.

Obj. 3. (*Ibid. ad 3.*) Jus Cæsareum multos Legibus ff. & C. usuras saltē moderatas permittit: ergo. R. D. Ant. Permitit tolerando, & non puniendo, C. approbando. N. Dicendum itaque, quod Leges humanae dimittunt aliqua peccata impunita propter conditions hominum imperatorum, in quibus multe utilitates impedirentur, si omnia peccata districte prohiberentur poenis adhibitis. Et ideo usuras Lex humana concessit, non quasi existimat eas esse secundum Justitiam, sed ne impedirent utilitates multitorum, praesertim pauperum; qui alioquin non inventri mutuum in suis necessitatibus. Hujus solutionis veritatem aperte innuit Leo Imperator novelle constit. 87. Ubi agnoscit, usuras esse Juri divino contrarias, & ideo a Patre suo fuisse legitimè prohibitas: At, inquit, qui antea usuras spe ad mutuandam pecuniam prompti fuerant, post latam Legem, quod nihil lucri ex mutuo perciperem posse, in eos, qui pecunias indigent, difficultas atque immensus sunt; & sic propter redondantem in humana vita peruersitatem non modo non profuit Legis virtus, sed obfuit. Quamquam igitur ex ea legem culpare (quod quidem etiam absit) nequeamus, proprie tamen quod humana natura (quoniam diximus) ad illius sublimitatem non pertinet, egregium illud præscriptum abrogamus. Neque refert, eodem, Juri civili dari actionem usurarii ad repetendas usuras; ea enim ratione, qua illas tollerant, eadem condit actionem repetendi. Attamen quod hoc Jus civile est emendatum per Jus Canonicum maximè per Clementinam unicam de usuris, ubi sub pena excommunicatiois prohibetur Iudicibus, ne compellant usuras solvere, neque judicent solutas non esse restituendas, cum repetur.

Inst. Princeps, seu Res publica potest Lege lata reddere usuras licitas: ergo, cum pluribus Legibus eas permittat, nihil obstet, quin dicatur eas permittere ut licitas. Prob. Ant. Princeps, seu Res publica ex alto domino, quod habet in bona suorum Civium, potest usurarum dominium transferre a mutuatori in mutuatorem, ut facit in casu præscriptionis: ergo. R. N. Ant. Ad probat. N. Ant. Quamvis enim Res publica ex alto domino, quod habet in bona Civium, possit propter bonum commune in aliquo casu extraordinario, ut in casu præscriptionis, dominia rem ab uno in aliud transferre, nego tamè id communi-

Solvuntur objectiones.

Obijec 1. Christus Luc. 19. exemplo suo probavit usuras, dum dicit: Quare non deditis pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens, cum usuris unique exigessim illam? ergo. (*Ib. ad 1.* & q. 3. de malo a. 4. ad 16.) Quòd usura ibi secundum principale significatum parabolæ accipitur metaphoræ pro superexcessu bonorum spirituallium, quam exigit Deus, volens ut in bonis ab eo acceptis semper proficiamus: sicut ille homo parabolicus vult, ut pecunia, quam dedit servis suis, fructificet, sive ex negotiatione, sive ex muro. Non est autem necesse, quod, si in re, ex qua sumuntur parabolæ, sit injustitia, etiam est injustitia in re significata per parabolam, cum sepi in Scripturis res bona significentur per res malas, ut patet in parabolæ villæ iniquitatis, & alii.

Obj. 2. in Legi veteri erat permisum Iudicis accipere usuram ab extraneis, secundum illud Deuter. 23. Non facerabis fratruum ad usuram pecuniam, fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Es, quod plus est, id in præ-

miter facere posse per leges generales, sic v. gr. ut semper licitum sit exigere usuras, sicut non potest facere per leges generales, ut semper licitum sit fueri. Quamvis enim promissio usurarum ex una parte favaret commercio, ex altera parte noceret quam maximè pauperibus, qui inde miserè opprimentur. Et ideo in omnibus Regnis, saltem Christianorum, non solum non tolerantur usuras, sed stricte prohibentur, & graviter puniuntur. Id probat Bannes de Regni Hispanie, Perfector Tourneli de Regno Gallie, alli de aliis.

Inquires: Quid ergo dicendum de schedulis obligatoriorum, que passim sunt in usu, sub quibus accipitur summa pecunia cum obligacione solvendi totum quilibet trimestri, vel semestri, vel anno? R. Si sic stipuletur, quod mutuatorius obligat absolute ad reddendam sortem, sed disjunctive, vel ad cedendum tali tempore, vel si non reddit ad solvendum totum quilibet trimestri, vel semestri, vel anno, juxta quosdam Theologos possunt admitti, modo tamè non excedatur in exigenda lucro; quia rùne desinet esse mutuum, de cuius ratione est, quod summa capitalis possit repeti a mutuatorio intrâ certum tempus. Si vero sint sub obligatione absoluta reddendi summam capitalem, sunt prorsus usurarie, nisi excusentur ratione aliquius tituli extirisci, ut periculi sortis, danni emergentis, vel lucri cessantis; quod contingit communiter inter mercatores.

Obj. 4. Non est illicitum accipere pretium pro eo, quod quis non tenet facere, & facit tamè in gratiam alterius, qui inde commodiatur consequitur, nimis occasionem lucrandi, aut suis rebus prospiciendi; atque pecunia habens non tenetur in quilibet case mutuare; & donec mutuator id facit in gratiam alterius, qui commodiatur inde consequitur; ergo. R. (*Ib. ad 5.*) Eum, qui mutuavit, recipere pretium seu recompensationem ejus, quod fecit, ad aequalitatem justitiae, si ei redditum tantum quantum mutuavit; si autem amplius exigat pro usu rei mutuata, exigit pretium ejus quod non est, aut quod summa non est, ut probavimus. Quod in hoc benevolio contulerit gratiam mutuatorio, id nihil aliud exigit, quam quod mutuatorius maneat gratius mutuanti, tamquam suo benefactori, qui absque suo danno ei beneficium conculit. Gratitudine autem non cadit sub obligationem justitiae. Quantum ad utilitatem, quam inde consequitur mutuatorius. 1. Non a mutuante provenit, sed a mutuatorio, qui novit ut pecunia tamquam instrumento de se sterilis ad locum. 2. Pecunia inter manus mutuatori fructuosa fructifacit domino, utique mutuatorio, qui per mutuum ejus dominium acquisivit; & non mutuanti, ad quem de re mutuata nihil amplius pertinet.

Obj. 5. Quilibet potest licite accipere rem, quam ei dominio rei voluntarie dat; atque ille, qui accipit murum, voluntarie dat usuram: ergo. R. (*Ib. ad 7.*) Quod ille, qui dat usuram, non simpliciter voluntarie dat, sed ex parte coactus & cum quadruplici necessitate in quantum indiget accipere mutuo pecuniam, quam ille, qui habet, non vult sine usuram mutuare; sicut si alteri in necessitate constituto venderet rem multo amplius, quam valerer.

ARTICULUS IV.

Utrum pro mutuo illicitum sit expeter, non solum pecuniam, sed aliquam aliam commoditatem?

Questio maximè fuit Articulo præced. de lucro pecuniariorum ex mutuo; quia, cum pecunia sit instituta, ut sit pretium rerum, dum datur pro mutuo, evidenter apparatur ut pretium mutui. Num queritur generalius de quacumque alia commodiitate, quæ magis late patet quam pecunia, & in qua, cum non sit instituta, ut sit rerum pretium, non tam manifeste appetere usura, si detur pro mutuo.

Nota: commoditas alia es non estimabili pecunia, ut res spiritualis, amor, benevolencia, & si quid sit aliud hujusmodi. (*Hic a. 2. o.*) Alia est pecunia estimabilis, & est triplex, scilicet munus ab obsequio, munus a lingua, & munus a manu. Munus ab obsequio, ut colere agros alterius, gerere ejus negotia. Munus a lingua, ut ipsum laudare, alioqui Principem in ejus gratiam. Munus a manu, est quodcumque donum, non solum pecunia, sed quodvis aliud pecunia estimabile, ut equus, annulus, torques. (*Ibid. ad 4.*) His annumerantur est obligatio civilis, seu justitia, qua quis se in gratiam alterius obligat ad id, ad quod aliunde non obligatur ex justitia; cum enim sit onerosa, utpote privata hominem sua libertate, & in favorem alterius suscipiat, est pretio estimabilis. His notat.

Dico 1. (*Ibid. o.*) Qui pro mutuo accipit aliud, cujus pretium pecunia mensurari potest, tamquam ex obligacione tacita, vel expressa debito, usuram committit: si vero accipiat aliud hujusmodi non quasi exigens, nec quasi ex aliqua obligacione tacita, vel expressa, sed sicut gratuitum donum, non peccat.

Ratio 1. partis est: (*Ibid.*) quia secundum Philosophum 3. Eth. c. 1. & communem sensum, omne illud pro pecunia habetur, cuius pretium potest pecunia mensurari; atque accipere pro mutuo pecuniam tamquam ex obligacione tacita, vel expressa debito, usura est, ut patet ex dictis: ergo. Ratio 2. partis est: (*Ibid.*) quia, mutuans, etiam antequam mutuasset, licet poterat aliud donum

gratis accipere, nec pejoris conditionis efficitur per hoc quod mutavit: ergo. Ade, quod lex murui legem amicis & gratitudinis non destruet. Hinc sequitur, quod etiam licet sperare & intendere donum gratuitum; quia licet sperare & intendere faciendum, quod licet facere. Patebit magis ex modo dicendis. Cavendum tamen, ne, dum dicitur donum gratuitum, sit revera coactum; quod non raro contingit in hac materia, dum scilicet mutuarii timentes, vel ne repetatur mutuum, vel ne majori exactione graventur, vel ne in posterum denegetur ipsiis mutuum, vel ne incurant notam ingratitudinis, aut alii simili metu compulsi, non omnino sponte offerunt mutuarii mutuariis: huc sic obligatae debent mutuarii, presentim si huic timori causam dederit, ut explicabo infra, dum de obligatione restituendi ex usura mentali.

Sed jam difficultas est, utrum, sicut licet in mutuo accipere & expectare, ita licet exigere aliquid gratuitum titulo gratitudinis & amicitiae: difficultatem parit propositione damnata ab Innocentio XI. qua quidam neoterici falso arbitrii sunt doctrinam D. Th. perseruunt. Pro cuius difficultatis resolutione: Dico 2. (*Ibid. ad 3.*) Exigere a mutuarii aliquid, non tamquam illo modo debitum, sed ut mere gratuum solius amicitiae & gratitudinis titulo libertatem conferendum, ut fieri solet inter amicos, non est secundum esse usurarium. Verba D. Thomae sunt haec: *Si vero mutuum ab obsequio, vel a lingua, non quasi ex obligatio rei exhibetur, sed benevolentia, que sub estimatione pecunia non cadit, licet hoc accipere & exigere & expectare.* Et Q. 13. de malo art. 4. ad 13. *Mutus aliquod vel a manu, vel a lingua, vel ab obsequio potest usurarium sperare ex mutuo quod concedit, dupliciter, uno modo quasi debitus ex quadam obligatione tacita, vel expressa, & sic quocunque mutus sperat, illuc sperat. Alio modo potest aliquod mutus sperare non quasi debitus, sed quasi gratuum & absque obligatione praestandum, & sic licet spes illi, qui mutuat, sperare aliquod mutus ab eo cui mutuat: sicut quia facit seruitum alicui, confidit de eo, ut amicabilitate suo tempore servitum faciat.* Ratio conclusionis est, 1. Quia talis exactio non tollit a mutuo rationem gratuiti, nec liberatorem ludit in mutuarii; consequenter nulla fit illi iniustitia, ad quam tamen pertinet usura. 2. Quia licet petere faciendum, quod licet facere. Atque mutuarii licet aliquod gratuitum dare ex amicitia & gratitudine, & mutuarii recipere: ergo & huc licet petere. 3. Quia, ut jam dixi, lex murui legem amicitiae & gratitudinis non destruet. 4. Titulus gratitudinis est extrinsecus mutuo, cum numeri sint mutuarii ingrati. Confer, que dixi art. 2. presentis Dissert. Conclus. 1.

Dixi: *secondum se;* quia, quantum ad proxima, vix aut ne vix admittendum arbitror, nisi in illis occasionibus & necessitatibus, in quibus sollem amici ab amicis obsequium requirere. Quia 1. periculum est, ne mutuarii hac petitione compulsi repudiant beneficium aliquo modo invitus, timens nimurum, ut jam notavi, ne vel notam ingratitudinis incurrit, vel ne mutuum citius repeatatur, aut ne amplius postea reperiat. 2. Quia difficile est discernere, an mutuans exigat ut gratuitum, an non potius ut debatum. 3. Quia hac praxis est scandalosa, & in foro externo præsumeretur usuraria. Aliud est de expectatione simplici, seu spe interna gratitudinis nullo signo externo manifestata; tunc enim non currunt eadem inconvenientia. Neque obstant verba Christi: *Date mutuum, nihil inde sperantes;* non enim debent ita generaliter accipi, ut excludatur spes eujuscumque rei, alioquin mutuans non possit sperare reditionem sortis; sed intelliguntur de spe luci usurarii, ut precepit articulo p̄ced.

Dices: Innocentius XI. damnavit hanc propositionem: *Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tamquam ex benevolentia & gratitudine debitum;* sed solum, si exigatur tamquam ex *Justitia debitum;* aqua videat ipsissima D. Th. propositione, & nostra: ergo N. Minorem. Neque enim S. Thomas dixi unquam, neque nos dicimus non esse usuram exigere aliquid tamquam debitum; sed e contra expressis verbis dicit, & nos cum ipso, non posse exigere tamquam debitum, sed dumtaxat tamquam merē gratitudo donum absque illa obligatione, sive tacita, sive expressa. In his ergo terminis, *Exigere tamquam debitum,* latet virus hujus propositionis: neque refert, quod addat *ex gratitudine;* id enim pro pallio adhibetur. Etenim obligatio gratitudinis est indeterminata, seu nihil est determinante debitum ex gratitudine; sed obligatio illius quisquis satisfacere potest, prout voluerit, sive gratias agendo benefactori, sive memoriam beneficij servando, sive signa honoris, aut amicitia exhibendo, sive aliquod obse-

quium pro loco & tempore praestando. (*Ibid. ad 2. & 7. 106. a. 5. o.*) Et ratio hujus est; quia gratitudo magis considerat affectum damis, quam datum, & ideo satisfacit recipiens per similem affectum benefaciendo indeterminata. Quando ergo mutuans exigit aliquid tamquam debitum ex gratitudine, sic appellat gratitudinem, cum nullum sit tale debitum gratitudinis, sed sub pallio gratitudinis occultat obligationem strictam, quam tentat imponere mutuarii. Hanc ergo facit obligacionem gratitudinis ferit fulmen Vaticanicum.

Et ut intelligas, quod usque serpebat virus doctrine hujus propositionis, & quam meritò sit proscripta; observandum, quosdam Theologos docuisse donum gratuitum posse deduci in pactum, non tam inductivum alterius obligationis, quam quae est ex gratitudine; ut si dicas: mutuo tibi gratis, sed ea conditione, ut mihi hoc, vel illud præstes ex gratitudine, & non ex Justitia. Porro quis non viderit, tali pacto aliquam obligacionem plusquam gratitudinis imponi mutuarii, quo mutuans velit ipsum ita adstringi ad hoc, vel illud, ut si obligatio non satisfaciat, non arbitrii sunt doctrinam D. Th. perseruunt. Pro cuius difficultatis resolutione: Dico 2. (*Ibid. ad 3.*) Exigere a mutuarii aliquid, non tamquam illo modo debitum, sed ut mere gratuum solius amicitiae & gratitudinis titulo libertatem conferendum, ut fieri solet inter amicos, non est secundum esse usurarium. Verba D. Thomae sunt haec: *Si vero mutuum ab obsequio, vel a lingua, non quasi ex obligatio rei exhibetur, sed benevolentia, que sub estimatione pecunia non cadit, licet hoc accipere & exigere & expectare.*

Consectaria precedentis Doctrina.

Colligies. 1. ex dictis, mutuarem esse usurarium, qui obligat mutuarium, illi præstet quodcumque munus sive a manu, sive a lingua, sive ab obsequio, prout explicuimus in capite hujus articuli, & sub quibus innumeris pñne continentur. Et quamvis inter ea sint quædam, que non sunt pretio estimabiles, ut laus, honor, collatio Ordinum, aut Beneficii, &c. Obligatio tamen ad huc, qua mutuarii libertas tollitur, estonus pretio estimabile, quod sep̄ vellet pecunia redimi. Et juxta S. Th. opusc. 21, ad Dicissam Brabantie de Regimine Judiciorum q. 5. dub. 2. Beneficium, aut etiam officium sic usurare acceptum tenetur mutuans abdicare; quia est invalide collatum, non alicuius, ac aliud lucrum usurarium. Quantum autem ad stipendium officii secularis & fructus Beneficii aut abdicacionis perceptos, sunt etiam restituendi, dempta tamen parte, que correspondet operis & laboribus, item deducit expensas.

Eadem ratione videtur, quod esset usurarius, qui vi mutui exigeret a mutuarii benevolentiam & amorem ut debitum ex *Justitia*, cum huc obligatio *Justitia* sit, ut jam sep̄ dictum est, pretio estimabilis. Ita censem Sylvium cum pluribus aliis. Unde fallitur Perfector Tourneli, dum art. 4. dicit: *Amicitiam in pactum deduci posse promtuo, nemo ambigit.* Neque refert, quod S. Th. dicas hic o. *Recompensationem vero corum, que pecunia non estimantur, licet pro mutuo exigere, puta benevolentiam & amorem ejus, cui mutuavit, vel aliquod hujusmodi.* Non enim exprimit S. Doctor, quo titulo id possit exigere; colliguntur vero ex responsis ad 2. & ex natura rei. Ast, inquit, si ea, que non possunt exigi titulo *Justitia*, sed gratitudinis tantum; frustra ergo dixit S. Th. ea posse exigere, siquidem etiam que sunt pretio estimabiles juxta ipsum, possint exigi titulo gratitudinis. R. N. sequelam. Ideo enim subjunxit, que non sunt pretio estimabiles posse exigere, quia hujusmodi, ut amor & benevolentia, non solent exigi ex *Justitia* & obligatione civilis. Unde voluit tantum ostendere in iis minus latere periculum usuræ, quam in iis, quæ pretio estimantur.

Colligies 2. e contra non esse usurarium, qui mutuat cum pacto, ut mutuarii faciat id, ad quod ex justitia tenetur, v. gr. ut solvat legitimum debitum: ut absineat ab iniusta vindicta, a calumnia, detractione, furto, &c. Quia neque est nova obligatio, sed potius admotio prioris (nisi forte obligaret mutuarium ad jurandum, quod satisfaciet, eset enim tunc nova obligatio Religionis) neque mutuans aliquod lucratur, sed iniustam vexationem redditum: Ita Cajet. Sylvester, S. Antonius, Soto, quo citat, & sequitur Serra. Secus, si cum pacto ut mutuarii remittat obligationem reparandi famam, vel honorem, vel ut absineat a iusta in judicio vindicta; quam jam intentata lite prosequitur, vel jus habet prosequendi; quia per hoc mutuans liberatur a gravissimo onere, quod magno pretio vellet redimi, & gravatur mutuarii.

Utrum vero mutuans possit absque usura obligare mutuarium ad id, ad quod tenetur ex charitate tantum,

vel

vol ex alia virtute distincta; ut si mutuarii sit Medicus teneatur accepto justo supēdio mederi mutuanti ægrotato, dum non adest alius, qui mederi valeat, vel ut faciat eleemosynam, ad quam tenetur ex vota, vel ut audiat Missam in die festo, & similia? Dubium est: Quidam negant; quia, inquit, hæc obligatio justitiae superaddita obligatiō alterius virtutis est indebita mutuanti, & onerosa mutuarii, consequenter pretio estimabilis. Alii affirmant; quia, inquit, cum hæc obligatio sit in utilitate ipsius mutuarii, quem a peccato removet, non debet censeri ipsi onerosa, nec proinde pretio estimabilis. Utique Sententia posset forte conciliari dicendo, quod, si mutuans intendat solūm gloriam Dei & utilitatem mutuarii, licet; si propriam utilitatem, non licet.

Colligies 3. esse usurarium, qui mutuando obligat mutuarium, ut frequenter suam officinam, aut suum molendinum, ut locet suas operas ad culturam agri, vel ad messem, & similia; quamvis non plus exigat pro meritis venditum, aut molitura, quam alii, & justam mercedem operarii solvit. Ita communiter. Ratio semper eadem; quia talis obligatio admitit libertatem mutuarii emendi, molendi, laborandi, ubi, & a quo, vel pro quo voluerit, sicut est onus pretio estimabile.

Sed quid, si mutuans non obliget formaliter mutuarium ad frequentandum suam officinam, aut suum molendinum, sed obliget ad reddendum mutuum, si non frequenter? R. Id videri illicet; aut saltem validè lubricum; quia videtur, quod sit virtualiter obligare mutuarium ad frequentandum officinam, presertim si sciat mutuarium non posse tam citius reddere mutuum. Nec refert, quod mutuans possit præfigere tempus reddendi mutui. Id equidem verum est, quando ex mutuo nihil pretendit, nec ea intentione tempus præfigit; si huc via ex mutuo lucrum acupitur. Confer tamen, que dicam consecratio seq.

Dices: Communis est praxis, dare rusticis pecuniam cum pacto, ut futuro tempore agros, vel vineas colant, frenum, vel frumenta metant, & nemo in hoc apprehendit usuram. R. Has pecunias non dari rusticis mutuo, sed anticipata solutione ad conducas futuras eorum operas. Unde neque est murum, neque usura, sed contractus conductio-nis & locationis.

Sed petes, quid sit restituendum pro illa obligacione imposta mutuarii, de qua jam sep̄, presertim quando mutuans nihil aliud lucri reportat ex mutuo, quam istam obligationem, ut contingit in exemplis hujus consuetudinis. R. In primis mutuans debet pactum dissolvere & mutuarium reddere sua libertati; deinde obligacione jam executione mandata, non equidem tenetur mutuator restituere, vel justum premium mericum, quas mutuarii vendidit, vel justum stipendum molitura; sed tenetur restituere quantum damni mutuarii in illius obligacionis executione passus est, ut si v. gr. meliores merces, vel viliori pretio alibi inveniesset, si faciliter ad aliam officinam, vel aliud molendinum accessisset, si majori pretio alteri operas suas locasset; pro rata, inquam, illorum dampnorum restitendum est. Quod si mutuarii nullum aliud dampnum quam onus impositum per tales obligaciones passus sit, videatur nihilominus esse aliquod restituendum; quia ista obligatio est adhuc revera pretio estimabilis, cum priu-teria sua libertate, & exponatur periculo hujus damni, quod non possit emere meliores merces, vel viliori pretio, si alibi inveniatur, aut majori stipendo operas suas locare. Quantum autem debet restituere præcisè pro illa obligacione, secluso alio danno? Generaliter loquendo non videatur restituendum nisi aliquid modicum, sed cerò determinari non potest nisi ex circumstantiis secundum iudicium viri prudenti.

Colligies 4. (*Hic a. 2. ad 4.*) usuram esse, si mutuator obliget mutuarium ad remittendum in posterum; quia talis obligatio est onerosa, & pretio estimari potest. Ita communiter cum auctore.

Sed difficultas est, utrum possit obligari mutuarium ad statim remittendum in alio genere? Suppono, quod si utrinque esset obligatio, non facte suscepti, sed æquè onerosa, nulla foret usura; quia nulla foret iniquitas, sed obligatio pro obligatione. Id communiter admittitur. Sed si mutuans non sit obligatus mutuare, aut sponte & ficte se obliget ad remittendum, ut habeat titulum obligatiū mutuarii ad remittendum, currit difficultas; & quod hic resolvemus de remittione, idem resolvendum est de obligatione statim præstandi aliquod obsequium, aut conferendi officium, quod gratis solet conferri. Quidam ergo dicent, id non esse usurarium, nisi, ut putant, auctoriter.

Theol. Billuart. Secunda Secundze.

Kl. di-

Colligies 5. (*Ibid. ad 5.*) Usurarium esse, qui accepto pignore frugifero, v. gr. agro, in assecutionem mutui, ut illius retinet fractus pignoris, eos non computando in-

TRACTATUS

diminutionem sortis. Est communis cum Auctore, ex utroque Jure: Civili L. 1. & 2. C. De pignorat. act. Canonico c. Quoniam &c. Conquestus, de usuris, & alibi. Ratio; quia pignus remanet sub dominio mutuarii, res autem fructificat domino; unde mutuans retinendo fructus, & non computando in sortem, lucratur ex munio; ino fructus quos dolo, aut lata culpa neglexit, vel quos percepit, & non percepisset dominus, teneri computare in sortem, docet Layman ex L. ultim. C. De pignorat. act. Vocabular in Jure humi modi contractus. Ante huiusmodi contractus, id est, usus contrarius, quia mutuato uitio re aliena loco rei mutuata.

Propter eamdem rationem, si pro assecuratione mutui datur in pignus res non frugifera, sed quae ipso usu attenerat, ut vestis pretiosa, non potest absque usura deduci in pacatum, ut mutuato possit illa uti, & simili tenet integrum sortem reddere. Et si utatur sine pacto & sine licentia domini, dato quod non sit usurarius, erit saltum in justum & obnoxium compensationis; nisi forte sit res talis, que, vel usu non attenerat, vel cui usus moderatus prodet, ne detinoretur, (Ib.) vel cuius usus, ut ait S. Th. sine pretio concedi solet inter amicos, sicut patet de libro accommodato, & pactum legi commissoriis, de quibus dicimus per singulos paragraphos.

Excepitur tamen ab hoc corollario duo casus. Primus, si feudum, seu emphiteuseos: is enim potest percipere fructus, manente sorte integra. Cap. Conquestus cit. cap. Insinuatione. De feudi. Ratio est; quia ex Juris dispositione, nisi alter exprimirat, ea est natura feudi, seu emphiteuseos, ut dominium uile non concedatur vassallo, nisi ex conditione; quippe tamquam rationi dissonum. Ius apprehendit, quod fundus a domino possessus alteri, quam ipsi fructificat. Interē tamēn feudatarius, seu emphiteus debet esse liber ab obsequio prestanto, seu a pensione solvenda.

Secondus casus exceptus est: si pignus genero detur a sacero pro expectatione donis, gener potest pignoris fructus percipere absque diminutione donis. Cap. Salubritate. De usuris. Ratio est; quia in hoc casu pignus datur, non solū in assecuratione donis, sed etiam in sublevamen onerum matrimonii. Unde gener fructus percipit titulo donationis liberalis a sacero, vel ab eo, qui dotem spondot & retinet.

Si dicas: cap. Plures eod. tit. etiam conceduntur Clerico fructus Beneficii, quod loco pignoris a Laico percepatur. R. Hoc caput loqui de Beneficio, quod jure pertinebat ad Clericū, & inquit possidetur a Laico. Ceterum modus vitandi usuram in hoc casu est, si mutuato emat pignus cum pacto retrovendendi mutuarii, quando is voluerit: tunc enim pignus mutuarii ut suo domino fructificabit. Vide Dissertationem præced. art. 9. De pacto autem Legis commissoriis in pignore dato pro assecuratione mutui.

Collig. 6. Usurarium esse, qui mutuat pecunias, puta centum aureos, cum pacto ut mutuarii totam summam, vel eius partem exigat a debitoribus, qui sunt difficultis solutionis; quia hujusmodi debita exigere, & obligatio ad illa exigenda sunt pretio estimabiles. Item, si mutuat cum pacto, ut vel totam summam, vel partem accipiat in mercibus; quia hæc obligatio ad emendum est onerosa mutuarii, præsternit dum non eget mercibus. Item, si mutuat Parisii cum pacto, ut mutuarii reddat mutuum Lugduni, nisi forte sit mutuarii commodius. Item, si mutuat cum pacto, ut mutuarii spondeat, vel fidejubeat pro ipso in aliquo negotio; & plura alia, ut patet ex dictis.

Collig. 7. Usurarium esse, qui mutuat cum pacto, ut mutuarii reddat rem mutuata, quando, vel ubi pluris valeret; v. gr. mutuus mense Decembri frumentum redditum in eadem mensura mense Maio, quo solet pluris valere, usuram commitit, quia lucrari vi mutuit: excipe, nisi servatur essem tuum frumentum usquæ ad Mensem Maium, tunc enim excusaris ratione danni emergentis, aut lucri cessantis; debet tamēn in hoc casu deducere expensas, que fuissent faciente in conservando frumento, & habenda est ratio periculi deterioracionis, aut corruptionis. Confer, quæ dixi art. 1. hujus Dissertationis.

Casus dubius.

M̄avis mutuat Titio 100. annos ad 10. annos cum pacto, ut si alterutrum interim moriatur, Titius mutuarii sit liber: si vero ambo supervixerint, Titius solveret 50. ultra sortem. Este iste contractus usurarius? Respondent Sylvius, Azotius, Sporer, & alii negativè, quia non est

ibi proprii contractus mutui, cum mutuarii non teneantur absoluto reddere sortem, sed conditionatē tantum. Sed est contractus innominatus: *Do, ut des.* Neque Maximos mutuator accipi istud auctarium ratione mutui, sed ratione periculi, cui se exposuit sortem amittendi, si non supervinxisset Titius.

ARTICULUS V.

An sint, & qui sint legitimi Tituli accipendi aliquid ultra sortem in mutuo?

PLures titulos accipendi aliquid ultra sortem in mutuo jam explosimus ut illegitimos in articulis præcedentibus; quales sunt res mutuata, usus illius, actio seu labor in mutuando, affectus benevolus mutuantis, utilitas mutuarii domini, dato quod non sit usurarius, erit saltum in justum & obnoxium compensationis; nisi forte sit res talis, que, vel usu non attenerat, vel cui usus moderatus prodet, ne detinoretur, (Ib.) vel cuius usus, ut ait S. Th. sine pretio concedi solet inter amicos, sicut patet de libro accommodato, & pactum legi commissoriis, de quibus dicimus per singulos paragraphs.

§. I. Absentia Pecunie.

Dico: Absentia pecunie non est titulus legitimus accipendi aliquid ultra sortem. Prob. 1. Quia est essentia mutuo; nemo enim potest mutuare pecuniam, & illam retinere. 2. Quia absentia pecunie secundum se non est pretio estimabilis; etenim 100. aurei absentes certò residens in tria annis, secluso interesse mutuantis, equivalent 100. aureis presentibus. 3. Dato quod sit quadam levis incompatibilis ex absentia pecunie, compensatur per hoc, quod mutuans ponatur extra periculum eam inutiliter expendens, aut illam pendens, cum mutuarii in quovis eventu teneat illam reddere. 4. Ex hac propositione damnabatur Innocentius XI. Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, qui non majoris facit pecuniam præsentem, quam futuram, potest creditor aliud ultra sortem à mutuarii exigere, & eo titulo ab usera excusari. Est. 41.

Dices 1. Pecunia præsens communiter pluris estimatur, quam pecunia absens: ergo absentia pecunie, quam incurro in gratiam mutuarii, est pretio estimabilis. R. 1. Dat. D. consequens: ergo absentia pecunie est pretio estimabilis seorsim a mutuo, N. Quia est ipsi essentia. Est pretio estimabilis estimabilitate ipsius mutui, C. Et idem compensator ad equalitatem per refusum sortis suo tempore; ex quo sit, quod tunc sit pecunia præsens, quæ forte foret absens, si non fuisset mutuata. R. 2. D. ant. Pecunia præsens communiter pluris estimatur, quam absens, ubi adeo periculum damni, C. Ant. Secundum se & secluso periculo subdistingue pluris communiter estimatur iudicio perverse estimantium, C. Judicio sane estimantium, N. Etenim sane iudicio centum aurei quiescentes in arca, secluso damno emergente, aut lucro cessante, non pluris valent, quam centum aurei certi & absque omni periculo reddendi intra annum. Et ita judicavit Innocentius XI. damnando modo relatum propositionem. Ast, inquit, possum nunc lucrari per pecuniam præsentem, non possum per absentem. Ast, inquit, poterit tunc lucrari per pecuniam præsentem, cum reddetur, quod non posses, si non mutuatum prius expendisses. Sed esto, potest lucrari per pecuniam præsentem; & tamēn non lucraberis, suppono enim hanc pecuniam neque esse expositam, neque expensam negotiationi, alioquin posses pacisci de tuo interesse. Porro quid ibi prodet, aut quanti pretii est facultas, quæ non es usurus?

Inst. Ideo vetus vinum pluris estimatur, quam novum, quia vetus potest nunc prodesse, non novum: ergo similiter. R. N. Ant. Non enim idem vetus vinum pluris estimatur, quam novum, quia vetus potest nunc prodesse & non novum, sed quia vetus est intrinsecè melius, quam novum. Unde; si supponeretur in utroque æqualis bonitas intrinsecæ, nec expectabat subesse periculum, ab interesse (quod tamēn ordinariè contingit) sed ageretur de sola expectatione, vinum vetus non esset pluris estimabile, quam novum. Pecunia autem præsens non est intrinsecè melius, quam absens, & ut suppono, abest omne periculum & interesse ratione absentie.

Dices 2. Mutuans privat se voluptate videndi & possidendi suas pecunias; atqui hæc voluptas est pretio as-

DE CONTRACTIBUS.

timabilis: ergo. Prob. ant. Pro audienda comedie, pro videnda bestia datur pretium, & nemo contradicit: quidni pro videndi & possidendi optimis auri partibus. Ita fertur ratiocinatum fuisse Caramuelum. R. 1. Hanc voluptatem videndi & possidendi aurum esse viuperio potius, quām pretio dignam; tunc quia oritur ex cupiditate, que omnium malorum est radix; tunc quia sequeretur, quod quā avarus magis deperiret suas pecunias, eō majus pretium posset exigere. R. 2. Voluptatem videndi, aut possidendi rem aliquam, sive qua quia se privat, sive quam in altero causat, non esse pretio estimabile secundum se, & seorsim a re ipsa: non enim potest mercator ultra justum pretium mercis sua aliquid exigere pro voluptate, quia se privat videndi, aut possidendi res suas, aut quam in emente causa. Unde, cum datur pretium pro audienda comedie, aut videnda bestia, non datur præcisè properiter voluntate, sed proper expensas, laborem, & industria conferentem ad voluntatem, sive proper rem ipsam cum his circumstantiis quasi locatum ad hunc usum. Tandem, si avarus mutuato ex una parte privetur voluptate possidendi pecunias suas, ex altera liberatur timore eas perdendi; qui timor non est minus pretio estimabilis, quam molestia, quam patitur ex absentia pecuniarum suarum. Confer §. seq.

§. II. Obligatio non repetendi sortem intra certum tempus.

Satis convenienter inter Theologos, quod obligatio non repetendi mutuum intra aliquod tempus non sit titulus legitimus accipendi aliquid ultra sortem, tunc proprie hanc propositionem damnatam ab Alexandre VII. *Licitum est mutuarii aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.* Est 42. Tunc quia obligatio non repetendi sortem usque ad aliquod tempus est intrinsecæ, & essentiali mutui: alia, ut diximus a. 1. hujus Dissert. mutuum foret invito, & nigeriorum, consequenter hæc obligatio non est pretio estimabilis seorsim a mutuo. Verum plures nec ignobiles Theologi contendunt, quod obligatio non repetendi usque ad certum tempus longe distans, putat ad annum, non si intrinsecæ mutuo, idèque sit legitimus titulus accipendi aliquid ultra sortem absque virio usura. Contraria quos cum probabiliori, & communiori sententia

Dico: Obligatio non repetendi sortem intra certum tempus sive breve, sive longum, non est titulus legitimus accipendi aliquid ultra sortem. Prob. 1. Sic ut obligatio non repetendi sortem ante aliquod tempus est de ratione intrinsecæ mutui ut sic, ut concedunt prefati Theologi, ita obligatio non repetendi ante hoc determinatum tempus, sive longum, sive breve, est de ratione hujus mutui in individuo. Etenim, quia aliqua pecunia summa est de ratione intrinsecæ mutui ut sic, ideo haec determinata pecunia summa, sive magna, sive parva, est de ratione intrinsecæ hujus mutui in individuo: & sicut, dum magna summa mutuata, nihil est aliud, quam magnum mutuum, sic dum mutuatum, nihil est aliud, quam magnum mutuum, sic dum mutuatum ad longum tempus, nihil est aliud, quam longum mutuum: & iterum, sicut non potest plus accipi ultra sortem, quia magna summa mutuata quam si parva, ita non potest plus accipi si mutuatur ad longum tempus, quam si ad breve.

Prob. 2. Mutuum cum obligatione non repetendi mutuum ante annum compensatur ad equalitatem per obligacionem servandi sortem securam per annum, & per festum illius post annum: ergo. Prob. ant. 1. Mutuum cum obligatione non repetendi ante 15. dies compensatur ad equalitatem per obligacionem servandi sortem securam, & ejus restitucionem post 15. dies juxta adversarios: ergo & post annum. Prob. idem ant. 2. Si mutuum cum obligatione non repetendi ante annum non compensatur ad equalitatem per simplicem restitucionem sortis post annum, id est esset quia, quamvis restitutio sortis post annum reddat mutuanti facultatem utendi semper in posterum mutuo redditum, non reparat tamēn tacturam, quam fecit mutuans facultatem utendi re sua anno precedente; atqui haec ratio nulla est. Prob. minor. Hæc tactura, seu privatio facultatis utendi re sua anno precedente non cadit sub obligationem communem hominum, juxta quam res habidi redditum cum facultate ea utendi semper non minoris valet, quam res ab anno data cum parti facultate: sic gamma v. gr. vel ager hodie venditus non minoris estimatur, nec minoris venditur, quam si ab anno fuisse venditus (non enim rerum presertim immobilitum valor, seu pretium in dies decrescit), quamvis tamēn emptio fuerit privat facultate eo utendi anno praetento. Ino ita res se

Thol. Billuart. Secunda Sectio. Kkk 2

Nota: Damnum emergens causa mutui est jactura in rebus actu habitis, ut si defectu pecunie, quam dedidit mutuo, non possis reparare domum, que ruine patescit, tenebris venderis res tuas viliori pretio, aut emere credito annoman cariori pretio, & simililia. Lucrum cessans est jactura in rebus spe habendis, ut si defectu pecunie non possis negotiari, & inde lucrari, censum, aut agrum emere, ex quo ibi lucrum accessisset.

Dico. (Hic art. 2. ad 1.) Damnum emergens est titulus legitimus accipendi aliquid ultra sortem in mutuo, servanda certis conditionibus. Est communis cum D. Thom. Ratio est, 1. qui damnum emergens est quid pretio estimabile extrinsicum mutuo. 2. Quia nullo Jure quis ten-